



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Institvtione Sacerdotum, qui sub Episcopis
animarum curam gerunt, quo ad mores eorum & reliquam
vitam**

Soto, Pedro de

Louanij, 1562

6 De cognitione & cura ouium in speciali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30247

prophetā terribiliter: q̄ videlicet
 nō sit, q̄ custodiat gregē, atq̄ ideo
 discerpatur et dispergatur, erro-
 ribus videlicet & peccatis, nō ex-
 istente aliquo qui defendat. Con-
 quāritur deinde eodem loco de
 pastoribus, qui seipfos, & non gre-
 gem pascunt; hoc est, suam, non
 gregis quærunt vtilitatem. His
 itaque tribus cognitione scilicet
 ouium, custodia, & pastu (quę sūt
 præservatio à malis, & exhibitio
 vtilium saluti ouium) videm⁹ cū
 cta pastoris opera includi, de quib⁹
 bus non nihil in speciali dicendū
 est.

Lect. Sexta

DE COGNITIONE ET
 cura ouium in speciali.



Cognitio ouium, quæ
 principium reliquorū
 actuū pastoris est, mul-
 ta requirit, & sine ma-
 gna

Pastoris
 est singe-
 las oues
 cognos-
 cere quā-
 tum fieri
 potest.

gnavigilantia haberi non potest.
 Primo igitur opus est numerum
 & nomina ipsa, ac personas, qua-
 rum pastor est, & quarum rationem
 Deo reddere debet, quantum fieri
 potest, ipsi cognita est. Vocat
 (inquit Christus) eas nominatim.
 Qui igitur diligenter considerant,
 putant primo omnium debere
 parochum in libro, quem apud se
 habeat, descriptos habere omnes
 sibi subditos, secundum nomina,
 statum & conditionem singulorum:
 id quod vel per domos, vel per
 familias, vel per vicus, aut status
 & officia, siue quacunque alia
 ratione, prout melius iudicabitur,
 facere poterit, ut videlicet
 & morientium, & nascentium, et
 aliunde accedentium rationem habeat,
 atque ita, quantum vel augeatur,
 vel minuat, grex ipsi commissus,
 intelligat. Ad quam diligentiam
 conscribendi catalogum multa alia
 pertinent. Nam in ecclesia expedit
 omnino scribi numerum & nomina
 baptizatorum omnium, & ipsos
 sus

fuscipier
 torum, &
 tiam in r
 cessarium
 tet. Et a
 omniū h
 annis eor
 ma scilicet
 cram con
 rum qui
 & nomit
 Igitur in
 est prima
 tuta vigi
 tanquam
 quirenda
 hoc aliter
 monio co
 quatur. S
 nimis du
 qua & ma
 te videtur
 riū, quan
 ut id faci
 cedos fut
 los haben
 bi sufficer

fuscipientium: similiter confirma-
 torum, & eos tenentium: quod e-
 tiam in matrimonio deinde ne-
 cessarium est, vt ex supradictis pa-
 tet. Et ad perspicuam notitiam
 omniū habendam, singulis etiam
 annis eorum qui (in quadagesi-
 ma scilicet) ad confessionē & sa-
 cram cōmunionē accedunt, et eo-
 rum qui id non faciunt, numerus
 & nomina cognoscenda sunt.
 Igitur in his omnibus, in quibus
 est prima pastorum cura consti-
 tuta vigilantissimos esse oportet,
 tanquam in ea re, cuius primò re-
 quirenda est ratio. Nec opus est
 hoc aliter probari, quàm vt testi-
 monio conscientiae cuiusque reli-
 quatur. Sunt quibus videtur hoc
 nimis durū maximè ī latissima ali-
 qua & magna parochia. Nobis cer-
 tē videtur id tantò magis necessa-
 riū, quanto latior fuerit: saltem
 vt id faciat pastor quod cognos-
 cēdos subditos suos & ante oculos
 habendos, bona fide putat si-
 bi sufficere. Ad hanc cognitionē
 per

pertinet quicquid per diligentē
 considerationem externæ con-
 uersationis subditorum intelli-
 gi potest de moribus, ingenio, & sta-
 tu: tam in his quæ ad corpus & cō-
 ditionem corporis, quàm quæ ad
 animam pertinent. Primò igitur
 peccata publica & peccatores pu-
 blicos oportet Parocho esse cog-
 nitos & numeratos. Post hæc,
 scandala & occasiões publicas pec-
 catorum: ex consuetudine videli-
 cet computationum aut conuiui-
 orum, aut aleæ, aut chorearum,
 aut tabernarum, aut inhonestorū
 locorum, perspectas habere opus
 est, Cognoscendi sunt etiam excō-
 municati, deinde mores & inge-
 nia cuiuslibet non sunt ignoran-
 da, sicut diximus: quæ colligi possunt
 sunt ex manifesta & publica con-
 uersatione: qui nimirum deuoti
 & frequentius ad ecclesiam con-
 ueniant, qui negligentius aut tar-
 dius, qui verecundi, qui duri &
 præfracti, qui insolētes & super-
 bi, qui infirmi & abiecti, & deniq;
 mul

multa hu-
 chum co-
 contra q-
 dum, & c-
 dum iux-
 suorum.
 & audien-
 dogmata
 obtusi si-
 priuata
 diligentē
 se exhibe-
 tionibus
 ferant su-
 di est, vt
 vera cha-
 Neq; illa
 torum p-
 da: qui v-
 qui orph-
 tuti aux-
 ant (qua
 mam pe-
 lumniar-
 lijs.

Circa
 cedente

multa huiusmodi necesse est parochum cognoscere, ut intelligat contra quæ vitia sibi sit vigilandum, & quid potissimum docendum iuxta captum, & necessitatē suorum. Sciat etiam qui dociles & audiendi ac retinendi pietatis dogmata auidi, qui hebetiores & obtusi sint. Denique circa ipsa etiã priuata peccata, vel occasiones, diligentē eū esse oportet, & talē se exhibere exemplo & admonitionibus, ut ad illum libenter referant subditi quicquid huiusmodi est, ut ipse prudenter, & cum vera charitate remedia adhibeat. Neque illa quæ ad corpora subditorum pertinent, sunt ei ignoranda: qui videlicet sint pauperes, qui orphani, quæ viduæ, qui destituti auxilio, qui inimicitias foueant (quanquam etiam hoc ad animam pertineat) qui patiantur calamitiam aut iniquitatem ab alijs.

Circa extraneos & aliunde accedentes multa est opus diligentia,

De parochi diligentia circa extraneos.

tia, vt cuius fidei, aut cuiusmodi morum sint, agnoscat, An qui cū mulieribus accedunt, coniugati sint, nec ne: an alibi ifames aut excōmunicati, &c. Quare meritō curandum esset, nec sine testimonio episcoporum aut parochorū huiusmodi admitterentur. Nam & peregrinantes ipsi vel religionis, vel alia causa, non aliter recipiendi essent. Patet itaque ex his omnibus, quā latè pateat hæc cognitio ouium, & quā multa includat. Nec tamen omnia hic explicata sunt; occurrunt passim plura.

*Pastoris
est tollez
re ac as
uertere
scandaa
la & pe
ricula
ere.*

Secundum verò requisitum ad officium pastorum (quod diximus esse custodiam & præseruationem à malis ac periculis) quā multa cōprehēdat, intelliget, qui prius cognouerit, quot & quanta sint mala ac pericula. Ad eam igitur primò pertinet publicorū peccatorum & scandalorum publica reprehētio: & efficax per se & per superiores, quantum in ipso

so

so est, em
tio scand
rum quæ
untur. Vt
scilicet fa
libri cont
bonis mo
guntur in
mores p
cipue cor
ter est tol
per paroc
referendu
possunt. E
tutione a
moribus;
non prob
libri iten
primis ce
summa d
Deinde a
& aufere
dines pe
coniunct
peccati. V
di in tabe
bus, chor

so est, emendatio atque extirpatio scandalorum. Et primo, eorum quæ circa doctrinam inveniuntur. Vbi innumera sunt. Cum scilicet falsi doctores insurgunt: et libri contrariâ doctrinam fidei ac bonis moribus continentes, sparguntur in vulgus. Denique quicquid mores populi, & iuuentutis precipue corrumpere potest, diligenter est tollendum & aduertendum per parochos, cum possunt: aut referendum ad superiorem, cum non possunt. Hic vigilandum de institutione adolescentiæ in literis & moribus: ut magistri non sani, non probatis moribus, reijciantur: libri item inhonesti, quibus in primis corrumpitur adolescentia summa diligentia extirpandi sunt. Deinde ad maiores ascendendum, & auferendam inueteratam consuetudines peccatorum: & illæ, quæ coniunctum habent periculum peccati. Vbi de ratione conueniendi in tabernis, de computationibus, choreis & conuiujs publicis

*Cura re
purgans
di scolas
et tollens
di malas
consuetudines
ad pasto
rem per
tinet.*

nu

Eze. 33.

nuptiarum, & similibus: de consuetudine vestium, & congressu ac familiaritate virorum & mulierum, multa cauere & emendare debet pastorū diligentia, idq; assiduis & serijs admonitionibus & frequenter recurrendo ad superiores. Vbi considerandum est illud prophetæ: Si speculator viderit gladium venientem, & nō insonuerit buccina, & popul⁹ se nō custoderit, veneritque gladius, & tulerit ex eis animā, ille quidē in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Vbi satis ostenditur, quāta oratione, & quā se-ria conuersione mentis ad Deū, ac scripturæ sacre attendente, ad hæc ritè præstāda opus sit. Et tu (inquit) fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel: audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. In auertendis itaque malis & cauendis scandalis populi, indefessa esse debet pastorum vigilantia. O-

pus

pus est
quam
mo Isra
sublim
mus ex
dentiū
possent
os auer
omnibr
dere, qu
uare.
dentia
impatie
Vidend
lant.
sint mu
fit, qui
non est
Deniq;
cura: ni
que est
deferent
(qui, vt
marū ha
ligionis
Ultir
quæ ad

pus est enim vt in hac causa se tã
quam murum opponat pro do-
mo Israel, etiam apud potentes et
sublimes seeculi. Qua in re habes
mus exempla vigilantium & pru-
dentiũ pastorũ: qui cũ hoc nõ
possent præstare, vt subditos suos
auerterent à peccatis, tentatis
omnibus, tandem maluerunt ce-
dere, quã vires sine fructu ener-
uare. Multa hic opus est pru-
dentia & circumspectione his qui
impatientius sustinēt mala.

Videndum ne sibi tantum consu-
lant. Et, si inter malos non de-
sint multi, quibus consulendum
sit, qui alioquin periclitabuntur:
non est æquum vt deferantur.

Deniq; non est suscepta animarũ
cura: nisi cũ episcopi consensu, ne
que est cũ detrimento Ecclesiæ
deferenda: quanquam parochis
(qui, vt dixim⁹, nõ plenè curã ani-
marũ habēt) permittant iura, re-
ligionis ingressum.

Vltimum deniq; caput eorum
quæ ad pastoris officium requirun-
tur,

O

tur,

*Que per
tineat ad
pastu a
nimaru*

tur, quod ad pascendas oues pertinet, duas continet partes. Prima quidem est, quæ pertinet ad pascendas & curandas animas. Secunda verò, quæ ad curanda corpora: nam hæc etiam ex charitate christiana diligenda sunt, & ideo non sunt aliena à pastorum cura. Ex his partibus cognosci potest, quàm multa etiam hoc caput complectatur. Animæ igitur pastus in doctrina, in sacramentorum exhibitione, & exemplo vitæ, magna ex parte constitutus esse videtur. Quod ergo ad doctrinam attinet in paroco, necesse est ut, si non vberior & plenior, certe frequentior sit: ut videlicet & publicè, et priuatim: omnes simul & vnūquēq; seorsim de necessarijs doceat: & diligenter, cognita necessitate, inquirat & discat ea de quibus opus est admonere, & admonendi rationem: & quod didicerit, sedulo ac magno affectu exequatur. Proponatur itaq; hic ob oculos in exemplum Aposto-
lus

lus Pau
bono c
testate
phesius
confide
monen
cauit ita
iores na
ita eos a
ma die,
am, qual
pus fuer
omni h
tentatio
runt ex
modo
vtilium,
vobis, &
per dom
gilate, in
niam pe
non cess
nere vnu
ritò igit
conteste
mundus
Non, n

lus Paulus, cuius verba, quæ ex
 bono conscientie testimonio, at
 testate etiam vita, loquebatur Ep
 hesiis, quia digna sunt attenda
 consideratione, & efficacia ad ad
 monendum, hic proponimus. Vo
 cavit itaque (ut d. Lucas scribit) ma
 iores natu ecclesie Ephesinæ, &
 ita eos alloquitur: Vos scitis à pri
 ma die, qua ingressus sum in Asi
 am, qualiter vobiscum per oë tem
 pus fuerim, seruiens Domino cū
 omni humilitate & lachrymis, &
 tentationibus quæ mihi accide
 runt ex insidijs ludæorum, quo
 modo nihil subtraxerim vobis
 vtilium, quò minus annunciarer
 vobis, & docerem vos publice, &
 per domos. Et tandem ait: Vi
 gilate, in memoria retinētes, quo
 niam per triennium nocte & die
 non cessavi cum lachrymis mo
 nere vnumquemq; vestrum. Me
 ritò igitur dicit illis: Quapropter
 contestor vos hodierna die, quia
 mundus sum à sanguine omnium.
 Non, n. subterfugi, quo minus

Act. 20.

O ij an

annunciarem oē consiliū Dei vobis. Aduertant hunc locum pastores: & quisque pro gradu suo sciat se tunc mundum esse à sanguine animarum, quando veraciter dicere poterit, quod Paulus dixit.

*De doctrina
populi.*

Igitur ad curam doctrinæ pertinet, vt omnes pro diuersitate status & conditionis, & ingenij, & occurrētium rerum necessitate doctrinam habeant. In doctrina itaq; primus est catechismus, quo prima rudimēta fidei & pietatis christianæ pueris ac rudibus diligenter explicantur. Docet antiquæ ecclesiæ consuetudo in his tradendis & exigendis ab adultis & ante baptismum, quàm sit hæc doctrina necessaria. Et certè illa prophetæ lamentatio: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis: meritò locū habet, cū hic catechismus omittitur in ecclesia.

Instruendi sunt igitur & parentes. & domini, & mariti, de cura

ra

ra infe
ca hæc
doctri
re ten
omnes
dientia
Coniu
re, doc
matrin
ius. Ita
cessaria
ue pau
siue tri
sperita
Omne
rocho,
blicè in
tinet, q
minus
adhibe
primò
mum e
agrot
fractun
iectum
rat, ne
mittit

ra inferiorum & subditorū circa hęc præcipuè, vt catholicam doctrinam curent mente & opere tenere. Filij, serui, & inferiores omnes admonendi sunt, ad obedientiam maioribus præstandam. Coniugati, vel volentes contrahere, docendi sunt de sacramento matrimonij, & legitimo vsu eius. Itaq; opus est, vt nulli desit necessaria doctrina: siue diues sit, siue pauper, siue infirmus siue sanus, siue tristis & desolatus, siue in prosperitate seu in lætitia vitam agat. *cap. 34.*

Omnes enim noti esse debent parochio, & omnes priuatim ac publice instruendi. Nam ad hoc pertinet, quod per Ezechielem dominus de diuersitate remediorū, adhibendorum ouibus dicit, dum primò sic quæritur: Quod infirmum erat non cōsolidastis, quod ægrotum, non sanastis, quod contractum, non alligastis, quod abiectum nō reduxistis, quod perierat, non quæristis. Et deinde promittit se hęc omnia facturū per

O iij bqs

bonos pastores. Vbi nihil aliud hæc omnia significant, quàm diuersas esse necessitates animarū ac infirmitates, & diuersa eis adhibenda esse remedia. Hæc quidē debet pastor habere parata, & pos sunt ad manum haberi multa ex tertia parte pastoralis Gregorij: in qua ille, vt pastor diligens, collegit omnes ferè Christiani populi secundum varia ingenia & status diuersitates: & quid singulis proponendum sit, docet. Vbi etiam aperit viam, vt ex scriptura multa alia mediocri diligentia colligi possint. Post illa quæ ad diuersos pertinent, etiam illa quæ communia sunt omnibus, & necessaria, non sunt omittenda: imò & prius, & frequentius quàm alia tradenda. De timore videlicet Dei, & custodia mandatorum eius: de frequentandis sacramentis, poenitentia maxime & eucharistia: de operibus pietatis, & elemosynis: de modestia vestium, & ceterorum sumptuum. Ita enim
in

in his
debēt c
in eleer
opera e
que, cō
reliqua
tra illa
ores n
quæ eti
tiam iu
Chryf.
tū prof
tas. Sū
cessaria
tudine.
do freq
ecclesia
& orati
sunt, qu
re debe
rit pop
cusandi
lia ad h
cebit ex
Sacr
patio, q
uium, c

in his omnibus modum seruare debent christiani, vt supersit quod in eleemosynas indigentium & pia opera expendant. Contra iram quoque, contumelias, detractiones, & reliqua vitia laborandum est: & contra illa praecipue, in quae procliuiores nouit suos subditos. Inter quae etiam praecipue contra frequentiam iurandi clamandum est, vt Chrys. in homilijs: quas certe multum profuerit Parochis esse cognitatas. Sunt enim plenae doctrinae necessariae populo, & pastoralis sollicitudine. Docere etiam debet de orando frequenter, & conueniendo in ecclesiam ad doctrinam, sacrificium & orationes: de quibus instruendi sunt, quomodo circa haec se habere debeant. Si horum aliquid defuerit populo, valde sunt pastores accusandi. Caeterum multa quoque alia ad haec pertinent, quae ipsa docebit experientia.

Sacramentorum etiam participatio, quae ad pastum pertinet, diligenter est obseruanda.

O iiii Pas ne

De sac
ramēto
rū admi
nistratio

Parocho: ne videlicet vllus sine baptismo discedat per eius negligentiam. Quare & obstetrices & omnes docere debet, quando baptisare debeant, & qua intentione, & quibus verbis: & ipse diligenter accurrere, cum ad id vocatur. Ipsius est etiam curare, ne confessio aut communio alicui vel indigenti, vel petenti desit. Quare vt hoc fiat, eius est impedimenta omnia auferre, & facile alijs confitendi facultatem concedere, aut aduocare ipse alios, quibus quandoq; multi libentius, apertius & plenius confiterentur: modo illi tales sint, quibus credi possit instructio & medela animarum: & hoc maximè circa infirmos curabit, ne desint eis hæc sacramenta simul & extrema vnctio: & vt dignè præparati illa suscipiant. Ob hoc igitur sunt frequentius visitandi, consolandi, instruendi de omnibus necessarijs: & adiuvandi etiam ad testamenta condenda, & ad facienda cætera quæ ad salutem

salutem
entia.

Exe
mè cur
cet piet
ratio o
os hort

Vitand
ra, nego

quentia

contrar
qua as

nonnu
vt Parc

iunctan
est, sit s

Pastr
tio vid

nium q
non du

à pastor
fieri po

nibus, e
possunt

qui non
suam, q
nimam

salutem necessaria sunt & expedi-
entia.

Exemplum etiam vitæ maxi-
mè curandum pastori. Vt videli-
cet pietas, religio, honestas, mode-
ratio omniū, & cetera ad quæ ali-
os hortatur, in ipso splendean-
t.

Vitanda quoq; illi suspecta oīa lo-
ca, negotia, familiaritates &c. fre-
quentanda verò sunt omnia illis
contraria, & in primis ecclesia, in
qua assiduus esse debet. Est in
nonnullis locis sancta institutio,
vt Parochi domum habeant con-
iunctam ecclesiæ: quod vbi non
est, sit saltem propinqua.

Pastus etiam corporum, subue-
ntio videlicet necessitatum om-
nium quæ ad corpus pertinent,
non dubium est quin curand⁹ sit
à pastoribus, & per eos quantum
fieri potest, subueniendum om-
nibus, ex proprijs quidem cum
possunt. Nam (vt dicit Gregori⁹)
qui non dat ouibus substantiam
suam, quomodo pro illis dabit a-
nimam suam? Et cum ex proprijs

O v non

*Vita pa-
storis fit
exemplo
alijs.*

*Pastoris
etiam est
corpora-
li neces-
sitas sub-
ditorum
succur-
rere.*

non possunt, admonere debent populum ac subditos, & superiores: ita videlicet, ne virginibus, pauperibus, orphanis, viduis, & infirmis sit ipsa necessitas occasio alius cuius peccati, aut ne in illa deficient. Inter hæc omnia nihil putamus magis esse necessarium pastoris, quam assiduam pro se, & pro suis orationem ac sacrificij obligationem: ut superius etiam diximus de omnibus ministris, & de parochis. Debent enim hi præcipue memores esse, quod ex officio parochi sit, advocatum esse apud Deum: & quod in agendo advocatum debeat populo, quicquid commodè pro fragilitate humana præstare potest: ut, si non semper, quantum tamen patitur infirmitas huius vitæ, sæpe celebret, oreque pro populo, etiam si per alios hoc possit præstare. Quare non est, cur specialia stipendia ob specialia sacrificia, quæ à morientibus vel viventibus solvi solent, ille suscipiat. Nam quod in tali causa præstare

*Pastor
est pro se
& populo
orare*

stare p
chus f
quod
sit bon
dū à p
est vid
tioni e
Vlti
bonoru
mundi
namen
puè va
atque
necessa
paroch
iure et
& facul
hæc mu
& quoc
superio
contem
teamur
mines,
primò
tamen
ne sit v
ditia &

stare potest, ex officio ut parochus facere tenetur: quanquam quod secundum consuetudinem sit bona fide, non sit reprehendendum à priuatis. Cæterum prælatorum est videre, quid expediat ædificationi ecclesiæ.

Vltimò tandem & temporalium bonorum ecclesiæ, & fabricæ, ac munditiæ externæ altarium & ornamentorum, & eorum præcipue vasorum, quæ ad asseruanda atque ministranda sacramenta necessaria sunt: cura pertinet ad parochum: ut (quantum ipsi de iure et consuetudine permittitur, & facultates ecclesiæ patiuntur) hæc munda, ornata & nitida sint: & quod præstare non potest, ad superiores referat. Nec sunt ista contemnenda. Nam quamuis fateamur templa esse propter homines, & viuentium templorum primò habendam esse rationem: tamen per hæc consulitur, & bene sit vtrisque templis: Nam munditia & decor externus, excitat etiam

*Etiam
materias
lis tem-
pli, orna-
mentorum,
vasorum
etc. cura
ad pa-
storem per-
tinet.*

etiam

etiam reuerentiam & deuotionē:
 & negligentia circa cultum exter-
 nū sacratissimæ eucharistiæ, ma-
 xima præcipuè, & qualis in mul-
 tis apparet templis, testis est ne-
 gligentia & irreuerentia animæ
 erga Deum: nec omnino sine cul-
 pa & quidē non minima, ac fre-
 quenter mortali atq; grauissima,
 cum in sacrario tanta immundi-
 tia, & fragmētorum ipsius eucha-
 ristia neglectus ita inueniuntur,
 vt nullum non moueant. Hæc in-
 gitur de altera parte huius nostri
 laboris, quem ad instituendos
 simpliciores parochos su-
 scipimus: atque ita de
 vniuerso opere di-
 cta suffi-
 ciant.

FINIS.



T

RV S

Bona



nis pre
 tibi for
 uiter n
 nem ta
 dispon
 Quam
 borum
 ficite
 ex inti
 vel in
 nāt, sol